

SCRIPTA

Numéro Scripta : 4935

Auteur(s) : Guillaume Rossignol [particulier]

Bénéficiaire(s) : héritiers de Guillaume Danois [particulier]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1269, janvier

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume Rossignol transporte aux héritiers de Guillaume Danois 2 sous de rente à Caudebec.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Andrieux Jules, *Cartulaire de l'abbaye royale de Notre-Dame de Bon-Port de l'ordre de Cîteaux au diocèse d'Évreux*, Évreux, Hérissé, 1862, n° CCLXIX, p. 274-275.

Texte établi d'après a

Noverint universi, tam presentes quam futuri, quod ego Willelmus dictus Roussingnol, de parrochia Beate Marie de Quaudebeco, vendidi et concessi heredibus Guillelmi Daneis, defuncti, duos solidos annui redditus, sitos in parrochia antedicta, scilicet super unum masagium et super duas pechias terre cultibilis ; quod masagium situm est inter masagium heredum Robergie de Houlebec, et masagium heredum Petri de La Leau, et una pechia terre sita est inter terram predictae Robergie, ex una parte, et terram Symonis de Bar, ex altera, et alia sita est inter terram heredum predictae Robergie, ex una parte, et terram Gaufridi Berselou, ex altera, sicut se porportant in longum et in latum, pro sexdecim solidis turonensium de quibus michi plenarie satisfecerunt in pecunia numerata ; percipiendos et habendos et jure hereditario possidendos predictos duos solidos de reddito predictis heredibus predicti Guillelmi Daneis ad festum Sancti Michaelis, libere, quiete et pacifice, absque ulla de cetero mei vel meorum reclamazione heredum. Licebit autem de cetero predictis heredibus heredum Guillelmi Daneis de predictis duobus solidis de reddito, ut dictum est, omnem suam penitus facere voluntatem, salvo tamen jure dominico, et licebit etiam de cetero suam plenariam justiciam exercere super predictam masuram et super predictas pechias terre, ut dictum est, pro reddito suo habendo ad terminum antedictum, et ego jam predictus Guillelmus et heredes mei predictis heredibus Daneis predictos duos solidos de reddito contra omnes gentes garantizare debemus, vel alibi, si necesse fuerit, in nostro proprio hereditagio, ubicumque sit, valore ad valorem excambiare tenemur, et in futurum tenebimur. Et quod hoc firmum et stabile futuris temporibus permaneat, hanc presentem cartam eisdem feci et sigilli mei munimine roboravi.

Actum anno Domini M° CC° LX° octavo, mense januarii.

Testibus hiis : Hobeae Anglico ; Petro Rustico ; Ricardo Pellipario ; Roberto Computatore ; Guillelmo Carnifice, et pluribus aliis.